

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput XXVIII

urn:nbn:de:bsz:31-97032

CAPUT XXVIII.
DE ARGENTO VIVO.

Vrum in lacunis invenitur, cum aquæ quibus venæ stillant minium madefecerint. Eo enim modo cogit, & in argento vivum vertitur. Idem siccatum ad formam reddit minii. Ex ejus venis uberrimi scaturiunt fontes & herbos virent cespite. *Vitruv. l. 8. c. 3.* Nam qui hujus scutantur venas, mane mensis Maij sereno, nebulas in montium emergentes vertice, ac instar lanæ super cespitem pendulas, observant. In monte Gimnawoda sex à Cracovia milliaribus sponte certis anni temporibus ad terræ erumpit superficiem, & circa Iohannis Baptista festum multa illius grana pisorum instar in radicibus graminum, se collegisse, *Tyrcinii Chymici auror. l. 2. c. 3.* testatur, addit nimis aqueum & Sclavonico inferiorem esse. Hydrium in Sclavonia colorem refert jecoris, instar plumbi existens, percussum, argenti vivi stillatim exsudat granula. Ingens ei cum auto sympathia. *Plater. l. 2. del. f. c. 3.* Nam si in corpore sit, auto propinato educitur: nec argentum inaurari poterit. Mercurium nisi adhibueris. Mirum; Ex morto Gallico inunctus, si aureum in ore gestet annulum linguaque hinc inde volutet, argentum vivum quod corpori innat in annulum devolvitur, argenteus eximitur, nitet, si igni admotus fuerit. *Lemnius l. 2. de occult. cap. 35.* Hinc certè cum omnia ei innarent, aurum solum immergitur. Spiritalem ejus naturam mira prodit activitas. Nam fuligo contractu suo omne aurum reddit fragile, ferrumque crassisimum elidit. quid: in intimas Magnetis partes penetrat, & attrahendi ferrum potentia privat. Dedit & in humano documentum corpore. Narrat enim *Guliel. Fabricius Cent. 2. obs. Chirurg. 71.* Mercurium à muliere contra lumbicos sumptum, emplastrum matricale, quod tum in abdome gestabat, perfusisse. Ignem refugit adeò, ut si non detur per inferiora aditus, superiora petat: quibus clausis premit opercula. *Vnq. l. de merc. cap. 1.* Hinc annulo reconditum & admotum saltare ipsum facit.

Panis in cibano, pisa in olla, óva ad ignem, guttula si imbuantur, risum movere choreis poterunt. Fertur vero super ignem in fumum halitusum, sed non dissipatur. Ille enim vase receptus & custoditus, in priorem argenti paulò post reddit speciem, nec quicquam pristini detrahitur ponderis. In planiciem fumum non humectat; inde siccum existimatur. Falso. Natura enim in sphæricam compitimit figuram; & ambiente plumbagine prohibetur adhærescere. *Palm.* *Conſtant.* *de morbis Contag.* l. 3. cap. 4. Perpetua eidem mobilitas. Pars terrena optime excocta, aëris & spiritus in causa. Adeò enim sunt conclusi ut exire non possint: Exire quia conantur, moventur. *Mart.* lib. 4. cap. 6. V̄sus ejus varius est. Mauti, cum ardore Solis omnia torrentur, id in lacum effundunt, atque injecto corio super ipsum strati se refrigerant. Immissum in autem, inde in cerebrum, Epilepsiam excitat. Spiritus enim animales dissipat. *Heurn.* de cap. affec. cap. 33. Aqua in quam argenti vivi infusa fuerit portio si ab eo collata bibatur, lumbricos mirifice pellit. Obstetrics ubi gravidæ in partu diu laboraverint, ultimo remedio argentum vivum scrupuli exhibent pondere. Avellanæ per foramen immissum & occlusum, sericoque rubeo à collo suspensum à peste præservat. *Quereet.* l. 2. *peſti.* *alex.* cap. 5. Tot illius animadversa experientia, ut necessario præ aliis laudetur. Si verò ventrem appensa tangat, ad curationem colicæ singulatiter conferre scribit *Plater.* *de Dol.* cap. 13.

C A P U T XXIX. DE ÆRE & ORICHALCO.

PVTUM æs invenitur & in propriis venis & in argentiis. In Cypro genus quoddam est auro non absimile. In frusta minutissima agricolæ serunt, & pluviis humectatum, caloreque vivisicatum crescit, ac postquam ad justam maturitatem adoleverit, colliguntur. *Aristot.* οἱ θερμοὶ τῶν ἀνθρώπων. Massulæ effodiuntur varia figura, stitarum, globorum, virgularam.